



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 30.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 29.
Greg. 3. gest.
Franc. 6. 4.



Huringiorum tres fratres regnabant, Badericus, Ermenfredus, & Bertharius. Ermenfredus Bertharium interfecit, instigante vxore Ermenfredi nequissima, cui nomen Amalberga; & Badericum germanum suum consilio Theodorici interfecit. Ipse verò à Theodeberto filio Theodorici interfectus est. Regnum Thoringorum Francorum ditioni subditum est.

b. Gothorum
F. d. subactum

Caput 30.

e. al. Sighismū-
dus apud Ge-
nauensē.
fort. Agaunen-
sem. Vide Greg.
3. c. 5. Aimon.
3. c. 4.



Vnde badi filius Syghismundus apud Ardega- uensem urbem villa Quadruuio, iussu patris, sub- limatur in regno, habens vxorem filiam Theo- dorici Regis Italiae, vnde habebat filium nomine Sighi- ricum. Ea mortua aliam duxit vxorem. Filium suum Sighiricum nouercae insidijs iussit interfici. Vnde postea fortem pœnitentiam agens, monasterium Sanctorum Agaunensium miri operis construxit, & alia plura mona- steria ædificauit. Chrothechildis assidue filios admone- bat in hostem patris, matrisq; ac germanorum suorum. Quam ob causam illi Burgundias appetūt, Sigismundum & Godemarum in prælio vincunt.

Caput 31.



Lodomerus Sigismundum, dum ad monasteri- um Sanctorum Agaunensium fugeret, captum, cum vxore & liberis Aurelianos adducit. Gode- maris terga vertens latuit. Godemaris resumptis viribus regnum Burgundiæ tener. Chlodomeris iterum aduersus Godemarem exercitum mouit, interfecto Sigismundo & vxore cum liberis, vt prædictum est.

Caput 32.



Chlodomerem, ab Auito Abbate, quod fecerat Sigismundo, prædictum est ipso itinere passurū. Cumq; Veforontia Franci cum Burgundionib⁹ bellum inissent, Chlodomerus capite truncat, deceptus ab auxilijs Theodorici, qui filiā Sigismūdi habebat vxorē.

Fran-